

## EL CULTA ALS QUATRE SANTS MÀRTIRS DE GIRONA

GABRIEL ROURA

Els darrers anys del segle XIII, a la dècada dels anys noranta, foren temps de grans projectes a la catedral de Girona. Projectes que l'afectaven tant en la seva materialitat arquitectònica com en el camp del culte i de la vida religiosa.

El projecte arquitectònic adquiriria una importància transcendental, puix suposava la transformació, temps a venir, de la catedral romànica en el temple gòtic actual. El primer pas consistia en la construcció d'una nova capçalera, per tal d'ampliar la capacitat del presbiteri que havia quedat petita, tant pel nombre creixent dels clergues que servien el culte, cada vegada més esplendent, com pel desig d'oferir als fidels una major visibilitat i comoditat, principalment en dies de gran solemnitat.

Per altra banda, es plantejava la possibilitat de dotar l'altar major de la Seu d'un baldaquí d'argent que coronés l'ara romànica. Així, el dia 12 d'agost de 1292, el canonge Tresorer Guillem Gaufred disposava en una clàusula del seu testament: «Deixo també per edificar la capçalera de l'esmentada església o el cimbori d'argent, sobre l'altar de la benaurada Maria, a coneixença del senyor bisbe i del capítol, aquells deu mil sous barcelonesos que havia promès donar fa temps a aquest fi». El llegat era ambivalent, puix deixava al parer del bisbe, aleshores Bernat de Vilamarí, i dels canonges destinar els diners del llegat o al projecte de la nova capçalera o a la confecció del baldaquí d'argent.

El dia 29 d'abril de 1312, el bisbe Guillem de Vilamarí, nebot de l'anterior, i el capítol de canonges, fan un Estatut relatiu a la construcció

de la nova capçalera que constaria de nou capelles i es faria a expenses del llegat de Guillem Gaufred. Foren nomenats comissaris per al seguiment de l'obra Ramon de Vilarig, ardiaca, i Arnau de Montrodon, canonge, i Dalmau de Pujals, prevere de Capítol.

#### LA CAPELLA DELS MÀRTIRS GERMÀ, JUST, PAULÍ I SICI

La intervenció del canonge Arnau de Montrodon no es limità al seguiment de la construcció, d'acord amb el nomenament que havia rebut del Capítol gironí, sinó que costejà la capella que volgué dedicar als màrtirs gironins. El 1332 ja quedava edificada i erigit l'altar corresponent, dedicats als quatre sants màrtirs, en honor dels quals fundà un benefici presbiteral.<sup>1</sup> Damunt l'altar hi féu col·locar una urna que conté les restes dels sants. En ésser elegit bisbe de Girona el 1336, expandí la festa per tot el bisbat, com també féu, més tard, amb la festa de sant Carlemany que instituí el dia 14 d'abril de 1345.

La devoció als quatre màrtirs tenia una llarga tradició entre els gironins, per més que no s'havia concretat en cap forma de culte. Se'n feia memòria a través de la lectura de les lliçons del martirologi en l'ofici coral. L'exemplar del martirologi d'Adó, que es guarda en l'arxiu capitular, copiat entre els anys 940-960 pel cabíscol Riquer, cita la festa dels sants màrtirs el dia 31 de maig: *II kls. iunii. In Hispanis, civitate Gerunda, natales sanctorum Germani, Iusturi, Paulini et Sicii qui per diversa tormenta martyrium adquisierunt.*<sup>2</sup>

#### EL CULTE LITÚRGIC ALS QUATRE MÀRTIRS

El bisbe Arnau de Montrodon fou un home de gran categoria intel·lectual, bibliòfil remarcable, que volgué fornir als seus diocesesans mitjans d'enriquiment espiritual per mitjà del culte als sants. A aquesta finalitat, s'ocupà personalment de compondre les diverses peces que integrarien l'ofici litúrgic dels sants màrtirs.

1. ADG. Dotalies de la Catedral. D 2, fols. 65-69.

2. ACG. *Martyrologium Adonis*, ms. 3. s. X, fol. 49, 2 col. També el mateix text a: ACG. *Martyrologium et Obituarium Ecclesiae Gerundensis*, ms 11. s. XIII, fol. 18' 1 col.

La *Consueta Antiquissima Ecclesiae Gerundensis*, de 1360<sup>3</sup> escrita essent bisbe Berenguer de Cruïlles, consigna l'ofici que la Seu de Girona dedicava als esmentats màrtirs. En un foli afegit [fol. 157 bis], amb mà i lletra diferents de la resta del text, s'exposa el següent ordre:

1 col. «Rubrica. In solemnitate beatorum martyrum Germani, Iusturi, Paulini et Sicii.

Die Tricesima mensis Maii. Anno a Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo. Reverendus in Christo Pater et Dominus, dominus Andreas Dei gratia Episcopus Gerundensis, de consilio et assensu Honorabilis Capituli: Quia festivitas Beatorum Martyrum Germani, Iusturi, Paulini et Sicii, quorum corpora in Gerundensi Ecclesia tumultata existunt, propter concurrentiam festivitatum Ascensionis et Penthecostes, ipsarumque festivitatum octavas et aliarum festivitatum, non poterat sepius solemnizari honorifice ut debebat: Statuit et ordinavit quod de cetero, perpetuis temporibus, festivitas memorata a Clero et populo civitatis Gerunde debite celebretur, ac festivetur annis singulis, feria secunda post octavas Penthecostes et ipsorum officium hoc ordine regulariter decantetur».

El bisbe Arnau de Montrodon va confegir l'ofici del breviari a base del comú de màrtirs i amb peces extretes dels sants Gervasi i Protasi per a les Primeres Vespres; i per l'ofici diürn usà peces manllevades dels màrtirs Crispí i Crispinià. Les lliçons s'extreuen del Leccionari propi. La Missa Matinal es celebrava a l'altar dels sants màrtirs, amb missa pròpia, mentre no hi hagués concurrència amb festa de Signe Vell o Clàssic.

La *Consueta* continua:

«Ad Missam maiorem. Tropus: *Eia plebs*. Officium: *Intret in conspectu*. Kirie et Gloria et Sanctus de *Angelis*. Oratio: *Propitiare qaessumus Domine nobis famulis tuis, per sanctorum martyrum tuorum Germani, Iusturi, Paulini et Sicii, qui in presenti ecclesia merita gloriosa ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis*. Per. Epistola: *Lectio Libri*

3. ACG *Consueta Antiquissima Ecclesiae Gerundensis*. 1360. Fol. 157 bis.

*Sapientie: Hii sunt viri misericordie ...x...et laudem eorum pronuntiet omnis ecclesia sanctorum. Alleluia: Fulgebunt iusti. Alleluia: Iudicabunt sancti nationes.* Require ambo alleluia cum residuo misterio in communi plurimorum martyrum. *Evangelium: Cum audieritis praelia et seditiones. Dicitur Credo. Ofertorium: Letamini in Domino. Sacra: Suscipiat clementia tua Deus de manibus nostris munus oblatum, et per sanctorum tuorum quorum reliquie in presenti habentur ecclesia, orationes, ab omnibus emunda peccatis. Per. Comunio: Gaudete iusti in Domino. Postcomunio: Divina libantes misteria, que pro sanctorum tuorum quorum reliquie in presenti habentur ecclesia, veneratione tue obtulimus maiestati, presta quaessumus Domine, ut per ea veniam mereamur omnium peccatorum et celestis gratie dingos reficiamur. Per. Ad vespervas: Fit processio ad sanctum Onofrium in capella sancti Raphaelis cum Responso: Ecce homo. et Triumphatur. Benedicamus.*

Un Leccionari del segle <sup>xiv</sup> conté la narració del martiri o *Passio* dels sants gironins, composta pel mateix bisbe Arnau de Montrodon, de la mateixa manera que és autor de la *Llegenda de la presa de Girona per l'emperador Carlemany*. La primera part de la Passió, després d'afirmar que els quatre màrtirs són naturals de Girona, s'inspira clarament en la Passió dels Quatres Sants Coronats de Roma, fent-los hàbils treballadors de la pedra i delicats escultors. També respiren aquest mateix gust els diàlegs dels sants màrtirs amb el governador Rufi i l'estira-i-arrotonsa dels protagonistes defensant les respectives raons.

Després de la narració del martiri, l'autor, Arnau de Montrodon reprèn la tradició local, tal com ocorre en la *Llegenda de Carlemany*, situant el final de la *Passió* en la geografia gironina. Així, es diu que Germà, Justiri, Paulí i Sici foren martiritzats a la *Vall Tenebrosa*, nom que en la documentació medieval es dóna a la vall de Sant Daniel; que unes «ortodoxes» dones es fan càrrec dels cossos dels màrtirs i els enterren en una esglésiola dedicada a Santa Maria, extramurs de la ciutat, lloc on més tard hom bastiria l'església de l'insigne màrtir sant Feliu.

Tampoc no s'està, el bisbe Montrodon, de citar Carlemany, de qui

4. ACG. *Lectioarium*. Ms. 8, s. XV, fols. CCXXXI-CCXXXIII.

havia compost la llegenda com s'ha dit, el qual transformà la mesquita de Girona en Catedral de Santa Maria i hi traslladà les relíquies dels Quatre sants màrtirs gironins. Heus ací la Passio gironina dels nostres màrtirs:

**Incipit passio beatissimorum martyrum Germani, Iusturi (Iusti), Paulini et Cicii: qui passi sunt Gerunde pridie kalendas iunii.**

Ispanis civitate Gerunda natalis sanctorum martyrum Christi Germani, Iusturi (Iusti), Paulini et Sicii. Hi sancti martyres oriundi de territorio Gerunde fuerunt: admodum periti lapiscide et in arte sculpture famosi artifices, quos non invenitur habuisse uxores. Forte namque consilium Christi de viriginitate servanda ex ferventi amore quo in Christum ferebantur cupiebant opere adimplere. Peracto igitur nimium sevi decreto sacrilego, per universum mundum ex parte imperatoris Diocleciani et Maximiani quo omnes christiani adorarent ydola et deos romanorum imperatorum et quicumque illa contradiceret seu contempneret adorare diversis penis et tormentis interficeretur.

**LECTIO II.** Accidit quod Daciano prefecto vel generali preside in istis partibus Ispanie existente, Ruffinus eiusdem Daciani iniquissimus officialis, inquirere cepit per totam patriam istam, quod si quos inveniret christianos ubi deos imperatorum non adoraret variis suppliciis trucidaret. Invenit itaque in urbe Gerunda quatuor beatos martyres supradictos; quibus coram eo presentatis, iussit ut facerent ydola de petra; quibus fieret per christianos sacrificium; ex quo imperator legem fecerat: quod omnes qui christianos se dicerent esse, haberent abnegare illum Galileum Ihesum Christum crucifixum per iudeos accusatum et per Poncium Pilatum tunc procuratorem imperatoris in Iudea ad mortem sententiatum.

**LECTIO III.** Tres autem ex ipsis sanctis quatuor lapicidis, audito iussu prefato, beato Germano tanquam quatuor illorum seniori responsione fiendi comiserunt. Ipsique Ruffino protinus sanctus Germanus Spiritus Sancti eloquio suffultus, respondit pluribus verbis sacratissimis maxima et forti audacia, se et dictos beatos collegas suos unquam obedire dicti Ruffini mandato. Dato igitur responso huiusmodi per ipsum beatum Germanum et per quemlibet aliorum trium suorum collegarum devotissime approbato, omnes idem quatuor sancti lapiscide pro ipsius responsionis declaratione, unanimiter ipsi Ruffino dixerunt se

christianos fore, colentes solum unum Deum creatorem celi et terre; et credentes in Ihesum Christum filium eius, verum Deum et verum hominem.

**LECTIO III.** Tunc autem Ruffinus precepit et fecit eos incarcerari ac in compedibus mitti; quod ipsis beati multum ylariter susceperunt. In crastinum quidem Ruffinus petiit ipsos beatos lapiscidas ad se venire aitque illis: ut facerent unum ydolum quod ipsis beati et alii christiani si qui essent in ipsa Gerunde civitate adorarent. Hisque prolatis per ipsum Ruffinum, ylico prefatus sanctus Germanus divinis sapientia et fortitudine suffultus, paraclito Spiritu ministrante, profundissimis theologicis rationibus eidem Ruffino respondit vice sua et suorum collegatorum dicens inter cetera: Deo vero uni et trino velle servire. Iniuncta sibi per Ruffinum prefatum totaliter aspernando et improbando.

**LECTIO V.** Auditis itaque per Ruffinum rationibus contrariantibus iussioni sue, idem Ruffinus totus in se confusus a veritate tam virtuose sibi proposita et laudata. Unde malicia aliquando ratione veritatis confunditur, corrigitur nusquam. Precepit quod ipsis beati lapiscide fustigarentur per villam cum multis fustibus seu fustium ictibus donec carnes eorum essent excoriate, ex quo imitarentur suum magistrum quem predicabant et confitebantur flagellis cesum. Et ut precepit factum est. Quo facto fuerunt ipsi Ruffino presentati atrociter flagellati et carnibus excoriati. Et iterum dixit eis si vellent adorare ydola et sic evaderent mortem et carceres et penas famem et sitim que eis iminebant nisi adorarent ea. Cui Germanus inquit: «Obmutesce lingua viperina et noli dicere ydola esse omnipotencia cum nichil possint». His quidem et aliis a Germano prolatis, Ruffinus, confusus et plenus rabido furore, iussit sanctos eosdem in carcerem iterum mitti sine cibo et potu, et de his beati predicti gratias et laudes referebant omnipotenti Deo, qui in carcere teterrimo positos et vinctos, pro catholica fide patiebantur altissimus quoque non derelinquens suos, ibidem pavit atque sanavit et confortavit illos.

**LECTIO VI.** Alia autem die, Ruffinus fecit ipsos sanctos coram se venire, et fuerunt ita curati, quasi nunquam aliquid mali sustinuissent. Et quando Ruffinus vidit eos curatos, et vultus ilares in Domino habentes, fuit admiratus. Aitque eis: cum qua arte seu illusionem illud fecerant quod sic fuissent sanati. Et respondit sanctus Germanus: «Ille qui est super omnes medicos

sanavit nos, scilicet Christus Ihesus Deus noster». Ruffinus etiam dixit: «Sacrificate diis. Sin autem diversis mortibus faciam interire». Cui sanctus Germanus dixit: «Corpus potest torquere, sed anima Deo servabitur nostro, propterea non timemus te nec tormenta tua nec mortem». Tunc Ruffinus iratus valde dixit illi: «Dic michi palam quem Deus credis tu et colis». Respondit sanctus Germanus: «Illum qui in principio creavit celum et terram». Deinde dixit sancto Iusto: «Tu quem Deum adoras?». Qui respondit: «Illum qui eternaliter genitus est a Patre». Deinde dixit Paulino: «Cui Deo sacrificas?». Qui respondit: «Illi Deo qui pro redemptione humani generis in ligno crucis pependit». Postremo autem Ruffinus beato Cicio dixit: «Tu quem Deum tenes et credis?». Qui respondit: «Illum Deum teneo et in illum credo qui post passionem suam prebuit se ipsum vivum». Et his auditis Ruffinus clamavit sicut demens: « O misserrima gens quomodo vultis ita mori quod quilibet tenet suam rationem et quilibet credit Deum suum». Cui sancti responderunt: «Diximus tibi in nostre colloctionis exordio quod nos adoramus unum et eum Dominum Deum in celo presidentem, et toti mundo dominantem et non plures deos». Et plura alia verba sanctissima protulerunt.

#### **LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCHAM.**

In illo tempore dicebat Ihesus discipulis suis: «Cum audieritis prelia et sediciones, nolite terreri. Oportet primum fieri: sed nondum statim finis». Et reliqua.

#### **INCIPIT HOMILIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI LAURENTII.**

Quia longius ab urbe disgressi sumus ne ad revertendum nos tardior hora perpediat, necesse est ut expositionem sancti evangelii brevior sermo transcurrat. Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denunciavit, ut eo minus perturbent venientia quo fuerint prescita. Minus enim iacula feriuntur que prevedentur. Et nos tolerabilius mala mundi suscipimus si contra hec per prescencie clipeum comunimur. Ecce etenim dicit: «Cum audieritis prelia et sediciones, nolite terreri. Oportet hec primum fieri, sed nondum statim finis». Pensanda sunt ergo verba redemptoris nostri per quem nos aliud interius aliud exterius passuros denunciavit. Bella quippe ad hostes pertinent sediciones ad cives. Ut ergo nos indicet internis externisque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. Sed his malis prevenientibus quia non statim finis

sequatur adiungit. Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et terremotus magni erunt per loca et pestilentie et fames terroresque de celo et signa magna erunt. Vel sicut in quibusdam codicibus invenitur terroresque de celo et tempestates. Atque post subditur. Et signa magna erunt.

**LECTIO VIII.** Et tunc Ruffinus in se confusus, non valens aliud dicere nec resistere Spiritui Sancto qui loquebatur in eis, suadente diabolo, fecit parari unam cathedram extra portam Vallis Tenebrosae et ibi sedens pro tribunali, atrocem sententiam protulit quod sanctus Germanus, eo quod esset rebellis romanis imperatoribus, renuens et contempnens deos eorum adorare, perforatur in suo capite cum martellis et scoda quousque cerebrum ab eius capite exivisset. Deinde quod sanctus Iustus, eo quod esset contumax et non pareret sibi ut thura diis incenderet, comburetur in igne. Nec non mandavit ut sanctus Paulinus, qui dicebat se solum sacrificare Christo, cum gladiis scinderetur. Postremo imperavit quod sanctus Cicius, eo quod respuisset colere deos quos iubent coli imperatores et credidisset illi qui dicitur Iesus nazarenus, decapitaretur eo quia dixit Christum esse caput Ecclesie. Mandavit insuper Ruffinus quod acceptis sententiis huiusmodi ipsorum sanctorum corpora, pro dolor, prohicerentur per Vallem Tenebrosam ut bestie silvestres ipsa corpora manducarent. Auditis quidem his sententiis sancti quatuor Dei martyres, vincti cathenis coram iniquo iudice, ilari vultu ceperunt gratias agere Domino quia eis appropinquabat glorie corona et martyrii palma. Et plura verba in laudem divini nominis effuderunt.

**LECTIO IX.** Postquam ministri iniquitatis ad hoc preparati ceperunt sanctos eosdem martyrizare sevissime. Cumque ipsi sancti cederentur et martyria eis inferrentur nimium atrociter, audita fuit vox quedam magnifica atque mirifica in aere dicens: «O quam gloriosa est mors sanctorum». Ruffinus quidem, audita voce predicta, expavit valde in tantum quod cecidit in terram. Cumque magno timore portale ingressus fuit claudique fecit lapidibus portale predictum. Ita quod nunquam ex tunc fuit apertum. His itaque gestis, venerunt mulieres orthodoxe devote et honeste de nocte et receperunt sanctorum corpora eaque sepelierunt in tumbis marmoreis, feceruntque suum scriptum cuilibet tube scilicet in ecclesia beate Marie extra muros ubi nunc est ecclesia sancti Felicis. Post aliquod vero tempus, beatus Karolus Magnus imperator et rex Francie cepit civitatem Gerunde



fecitque novam sedem in mesquita agarenorum, scilicet in sede que nunc est. Revelatoque sibi quod quatuor martyres fuerunt sepulti in dicta ecclesia, maximo cum honore transtulit eos ad altare beate Marie. Factaque fuerunt ista die ipsorum sanctorum meritis miracula magna et infinita. passi sunt autem gloriosissimi martyres temporibus Diocleciani et Maximiani imperatoribus, Daciano prefecto seu preside generali imperatorum eorundem Ruffinoque officiali ipsius Daciani, pridie kalendas iunii.

